

1

Verona

1 Settembre 1947

Praeclarissime ut Frater,

gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit
semper nobiscum.

Qui nunc Tibi scripturus humilis est sacerdos
veronensis (Italia), cui Divina Providentia
abhinc XL annos opus commisit pro pueris et
adolescentibus, vel orphanis vel utcunque omni
ope et quolibet auxilio destitutis, gratis colligendis,
ut artes addiscant quibus maturiori aetate sibi
sufficere valeant; ad eos autem nutriendos et
alendos subsidia, segura ac filiali fiducia, ab
ipsa Divina Providentia expectamus, juxta illud
sancti Evangelii: *Quaerite primum regnum Dei et
justitiam eius, et haec omnia adjicientur vobis.*

1

Верона

1 сентября 1947 года

Достославный брат,

благодать и мир Господа нашего Иисуса Христа да пребудет всегда с нами!

Пишет Тебе смиренный священник из Вероны (Италия), которому Божественное Провидение вот уже сорок лет как вверило заботу о собирании мальчиков и юношей, сирот или по иным обстоятельствам лишенных всякого имущества и помощи, чтобы безвозмездно обучать их знаниям, с помощью которых, повзрослев, они могли бы зарабатывать себе на жизнь¹. Средства же для их пропитания и воспитания мы с полным сыновним доверием ожидаем от самого Божественного Провидения, по слову святого Евангелия: «Ищите

Inspiratio Tibi scribendi mihi venit dum legerem optimum tuum librum, cui italice titulus: *Le lettere di Berlicche*; ratio autem est ut meam Tibi mentem aperiam circa maximi problema momenti, ad quod solvendum, vel saltem ad ejus solutionem favendam, maturiora esse tempora quam antea mihi videntur; hodie enim, propter hanc bellici furoris prope universalem conflagrationem, multa intersaepta subversa sunt, tot aerumnis ac doloribus mundus tamquam aratus ager factus est, multae generales opiniones immutatae, rivalitates imminutae, ac praesertim aspiratio ex omni parte apparet magna omnium populorum reformandi; haec omnia praemissa constituere videntur ad alterum quod supra jam dixi problema solvendum, scilicet dissidentium fratrum quam maxime exoptatus reditus ad unitatem Corporis Christi, quod est Ecclesia.

Anhelitus hic est Sacratissimi Cordis Jesu, in illa ad Patrem antequam pateretur oratione manifestatus: *Ut omnes unum sint*.

Omnibus quidem interest hunc divinum anhelitum complere; ego candide Tibi fateor, a primis annis mei sacerdotii ad hoc magnum problema totis viribus animum vertisse; atque ita *Octavam precum pro unitate Ecclesiae*

прежде Царства Божия и правды Его, и это все приложится вам»².

Мысль написать Тебе у меня возникла, когда я читал Твою замечательную книгу, по-итальянски она называется «Le lettere di Berlicche»³; замысел же мой — поведать Тебе, что я думаю по поводу одной очень важной проблемы, для разрешения которой или хотя бы для приближения ее разрешения, мне кажется, настало благоприятное время. Сейчас, из-за этого почти всемирного пожара безумной войны, многие преграды оказались разрушены, из-за великого множества бед и страданий мир сделался словно вспаханное поле, во многом общественное мнение изменилось, соперничество — прекратилось, а главное, повсюду заметно сильнейшее стремление всех народов к преобразованиям. Все это, кажется, создает предпосылки для разрешения той проблемы, которую я уже успел упомянуть выше, — то есть столь желанного возвращения разрозненных братьев к единству Тела Христова, которое есть Церковь.

Об этом воздыхало Святейшее Сердце Иисуса в той молитве, которую Он возносил к Отцу перед Своим страданием: «Да будут все едино»⁴.

Для нас всех важно, чтобы это воздыхание Господне было исполнено, и я искренне Тебе признаюсь, что с первых же лет своего служения

diebus 18–25 Januarii habendam propagare coepi; in una domorum nostrae Congregationis diurnam Eucharisticam adorationem ac preces publice faciendas pro unitate ab Episcopo Diocesano impetravi; ad eundem finem literas huc illuc pro opportunitate mittere humiliter curavi, et alia similia opera, in mea paupertate, peragere studui.

Sed Tu quoque mihi videris in Domino multum conferre posse, magna qua polles auctoritate, non solum in nobilissima Patria Tua, sed etiam in aliis terris. Quomodo autem et quibus mediis Tuae relinquo prudentiae; pauper ut sum ego enixe orare promitto, ut Deus et Dominus noster Jesus Christus illuminare et confortare dignetur, ut aliquid majoris momenti perficere queas in vinea Domini, ut tandem videre possit: *Unum ovile et unus Pastor.*

Veniam obsecro mihi concedas, pro libertate qua Tecum uti ausus sum; Si quid vero mihi scribere volueris, scito pergratam rem mihi Te facturum.

Tuis orationibus enixe me commendo, necnon pueros et fratres mihi commissos; hanc caritatem Tibi rependere, pro paucitate virium mearum, quotidie praesertim in augustissimo Missae sacrificio celebrando dulce mihi erit.

я со всяческим усердием обращал свое внимание к этой проблеме: так, я начал распространять «Восемь молитв о единстве Церкви», которые читаются с 18 по 25 января; я добился разрешения от епископа диоцеза совершать в одном из помещений нашей общины⁵ ежедневное поклонение Телу Христову и всеобщие молитвы о единстве; ради этого же я смиренно старался при каждой возможности посылать повсюду письма⁶ и прочие подобные дела не переставал совершать в своей немощи.

Ты же, мне кажется, можешь много послужить в Господе, благодаря Твоему влиянию, и не только в славном Твоем Отечестве, но и в других странах. А как и какими путями — предоставляю Твоей рассудительности; я же, хотя и немощен, обещаю усердно молить Бога и Господа нашего Иисуса Христа, да благоволит Он Тебя просветить и укрепить, чтобы Ты смог сделать нечто существенное в винограднике Господнем, чтобы наконец стало видно: «Одно стадо и один Пастырь»⁷.

Умоляю простить мне, что осмелился свободно к Тебе обратиться; если же Ты сам захочешь что-то мне написать, знай, что мне это будет весьма приятно.

Всецело препоручаю Твоим молитвам себя, а также детей и братьев, мне вверенных; и эту милость, по мере моих скудных сил, я буду с радостью

In fraterno amplexu, benedictionem Dei Patris,
et Filii, et Spiritus Sancti, per intercessionem Beatae
Mariae Virginis, Tibi ac Tuis adprecans, me humiliter
signo Tuus in Corde Jesu...

Don Calabria

возвращать Тебе во всякий день, особенно же принося жертву Божественной Мессы.

Братски обнимая и, заступничеством Блаженной Девы Марии, испрашивая Тебе и Твоим близким благословение Бога Отца, и Сына, и Святого Духа, смиренно подписываюсь, Твой в Сердце Иисусовом...

Дон Калабрия